



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 36. Facultatis Theologicæ provocatio a sententia Episcopi Parisiensis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

quaestiones, quas ipse instituerat, non sæcul. XV.
modo Inquisitori communicare renuebat, A.C. 1486.

sed etiam eo nequidem vocato summa-
tim caussam dijudicabat, ac præterea
Laillierum a sententia excommunicatio-
nis in ipsum lata absolvit, necnon pri-
stinis honoribus ac dignitatibus re-
stituit, atque ad omnes gradus ut
promoveri posset, indulxit, omnem
infamiae notam abolendo. Laillierus hac
absolutione nixus, ut Doctoratus gra-
dum assequeretur, nil intentatum reliquit.

§. XXXVI.

Facultatis Theologicæ provocatio a sententia Episcopi Parisiensis.

Verum Facultas Parisiensis Laillierum
ab ejusmodi honoris spe constantem
repellebat, cumque Parisiensis Episcopus
Doctores, ut huic reo per ejus senten-
tiam absoluto Doctoris lauream concede-
rent, compellere tentaret, illi ad eos,
ad quos de jure appellare licet, erectis *Argentre ib.*
hanc in rem tabulis die sexta Novembbris p. 313.
anni currentis provocarunt, eo quod Epi-
scopus contra mentem eorum, qui pro
hac caussa deputati erant, egisset. Hanc
appellationem Arnulphus Julian Religio-
sus Ordinis FF. Eremitarum S. Augusti-
ni nomine Facultatis Theologicæ inter-
posuit.

T 3

§. XXXVII.